SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA

Italien (?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in esse duracio et incorrupcio. Igitur incipientes
a primis dicamus quod primum principium sive summum Et
dicimus deum verum esse essencia omnino immensissimus nul-
lis locis vel temporibus coartatum sed omnino non solum
potencia sed ipsa sua essencia est presentissimus. Sunt enim
reges ubique in regno suo per potenciam. Et viri spiritua-
les in multis simul locis per spiritualem penitenciam.
Sed numquam sunt hii vel illi nisi in uno loco per essenciam.
Sed divus deus in cuius essencia est immensa. Et cuius essen-
cia idem omnino quod potencia sic est ubique per potenciam
sic et per suam essenciam. Nam si in aliquo uno loco et
non ubique positus esset non solum non esset quo maius exco-
gitari non posset. Sed ipso loco continente penitus mi-
nor esset eo quod omne contentum continente minus est. Sicut
in speris elementorum et in corporibus celestibus patet quia ac
bonum immensum deus non esset quod cogitare vel dicere
nefas est. Exemplum accipe in anima que est motrix mundi minoris.
Que sic probatur in singulis corporis membris quod in
toto tota sit et in singulis partibus simul tota exis-
tat. Ita quod nec est in maioribus maior nec in minoribus
minor. Sed in omnibus et in toto tota consistit. Cuius
probacio est quia corpore in aliqua parte puncto quod in corpore
particulariter sit anima non particulariter. Sed dolorem vulneris
tota sentit quod non esset si ibi tota non existeret. Ergo
si anima sic in suo mundo ubique existit quanto summa esse-
cia maiori mundo. Aliam in loco deesse poterit. Si enim
deus in aliquo loco certo esset et non ubique existeret dis-
simile bonus esset et sic loco corporeo minor esset et summo
bono omnino deficeret. Nam et sanitas que est corporis
qualitas sit in toto corpore tota est et in qualibet parte
similiter tota est. Nec extensionem in corpore habet non est igitur
deus ubique extensus sic est lumen in aere. Sed sic anima
et sanitas sunt in corpore et tanto nobilius quanto eis est
melius. Item in infinitum bonum summum excedat primum
et bonum increatum quodcumque creatum. Sed certissimum est